

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Philippi Phinellæ De Revolvtionibvs Annorvm

Phinella, Philippus

Antverpia, 1650

De significatis duodecim signorum Zodiaci in ascidente. Caput V.

urn:nbn:de:gbv:45:1-3564

De significatis duodecim signorum Zodiaci in ascendentे.

Caput V.

Si tempore quo fieri reuolutio, ascenderet signum Arietis, minabuntur nata pericula mortis violentis, eò maiora, vel minora, quò magis, vel minus erunt fortunati, vel infortunati aspectus, nam si fortuna habebunt aspectus beneficos, liber erit ab his minis, si infortunia habebunt coniunctionem, cum quadrato, vel cùm oppositione, graviora erunt pericula.

Si ascendit signum Tauri, denotant natum esse in periculo egrotandi, & erit quād maximè inclinatus ad libidinem, & ad res amorosas, & amore plenas.

Si tempore revolutionis anni ascendens esset signum Gemini, natus erit diligens, celatus, & magnopere expeditus in suis rebus.

Si tempore revolutionis annalis ascenderet signum Cancri inclinat hominem esse amatorem rerum politarum iustitiae, Rerum publicarum, studiorum, & fatis laboriosum in bene faciendo.

Si ascendet signum Leonis, homo illo anno magis inclinabit ad malignitatem, quam ad benefaciendum, potius erit iracundus, quam placabilis.

Si tempore revolutionis ascendet signum Virginis, homo illo anno erit facilis ad amandam res iustas, charitatem, & honorem sui proximi.

Si ascendet signum Libræ tempore revolutionis, vita nati erit in magno periculo ob morbum gutturis:

Si tempore suę revolutionis ascenderet signum Scorpionis poterit periclitari infirmitatibus accuratarum cogitationum causa, & similium.

Si ascendet tempore revolutionis signum Sagittarij, homo erit diligens, & edificia construenda curabit.

Si tempore revolutionis ascendens erit signum Capricorni, illo anno homo erit paruis bona fortunæ cumulabit, erit diligens, & mul-

20 De Reuolutionibus Annorum.

ea bona mobilia emet.

Si tempore reuolutionis ascenderet signum Aquarij, homo erit proclivis ad Satiras, & maledicentias; & præsertim vicijs, & malis moribus erit valde abundans.

Si tempore reuolutionis ascenderet signum Piscis, homo suum solitum excedens, ad superbiam pronus videbitur.

Bene verum est, quod semper consideratio debet esse in promptu, obseruando, si due fortunæ, an due infortunia signa in ascendente respiciant, quia dubitandum non est, ex illorum aspectibus meliorem, aut deteriorem reddi eorum significatum, & consequenter bonas, aut malas hominum propensiones.

De septem Planetis collocatis in duodecim domibus celestibus.

Caput VI.

Si Saturnus tempore reuolutionis reperiatur in illomet signo, in quo reperiatur tempore Natiuitatis, & dictus Saturnus erit bene configuratus, & bene intuitus a beneficiis radijs fortunarum luminarium significat natum reponendum esse in dignitate magna admirationis; & si dictus Saturnus erit in uno angulorum, & præcisè in medio cælorum denotat habitum magnum dominium in rebus Regnorum, & Ciuitatum; sed si caderet in angulo, septimo, bona causa mulierum promitteret.

Si Saturnus tempore reuolutionis erit in loco Iouis, id est in loco, ubi tempore Natiuitatis Iuppiter morabatur; & signum ascendentis ant pars fortunæ, aut Sol erunt in locis diurnis, & Luna in lecis nocturnis significat natum potiturum boni status, & felicitatis in omnibus illis rebus in genere, quas anno huius reuolutionis tractabit; luxurabitur causa terrarum, Fratrum, & claustrum Monachorum.

Si vero in genitura reuolutionis erit male collocatus, id est male aspectus a radijs Solis, & Lunæ nihil boni tali anno habebit natus,

imo.

